

T O N I T R V O R V M

Nubes  
ex nigro  
virescēs  
cum ali-  
quo rubo  
re pessi-  
ma.

Nubes ex nigro remista rubedine uirescens omnium 6  
pessima est, & mirandum in modum, si super ciuitatē  
aliquam uel domum perpendicularis steterit, formi-  
danda: quia ob rubedinem, ignei halitus multum ha-  
bet: ob nigrorem, uaporem copiosum addensatūmq;:  
propter uirorem, aquam ingentem: Ex quibus, frigidē  
cum calido, & humidi cum sicco pugna perstrenua  
& uelitatio sursum est expectanda. Ad quae accedit, q  
nubes talis enormem grandinem, & prodigiosorum  
lapidum fulmina, non sine hominum & pecoris, ur-  
biūmque ac rerum aliarum iactura graui, s̄epenu-  
mero minatur.

Nubes  
alba.

Nubes per tonitrua alba, nihil aut minimum est ti- 7  
menda: quia utriusque materiæ auxillum habet.

Quando  
fit toni-  
nitru si-  
ne coru-  
scatione  
& cōtrā.

Tonitru sine coruscatione tum maximè fit, quum so- 8  
la nubium uentosarum inter se est collisio & lucta.  
Coruscatio uero sine tonitru, quando in tenui nube, ra-  
ra & minimum aquosa, attritu suo & motu, necnon  
ingenita ui ignea, exhalatio ipsa incenditur, & uiam  
nacta foras proflit.

Venti to-  
nitruorū  
magno-  
rū pro-  
dromi.

Ante magna tonitrua ualidos uentos & fortes ple- 9  
runque spirare obseruatum est: nimurum ob turgidæ  
nubis compressionem & commotionem, halituūmque  
in aere agitationem.

Tonitru-  
res infe-  
riores  
quādoq;  
inficit.

Quia per creberrima tonitrua, halitus putres, cras- 10  
& uiscosi sursum cum uapore & exhalatione per  
infimum aerem ducuntur: & illius tractum corrumpentes,  
iterum deorsum refunduntur: ideo grauissimā  
luem hominibus, pecori, & satis quibus uefcuntur  
mortales, tonitrua hinc minitari cum libris fidem fa-  
cit ex-